



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Interpretes Concil. Trid. n. 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

S. Caroli in
Societatem
beneuolen-
tia signa.

Item non modicam benevolentiae significationem erga Societatem præ se semper tulit Borromæus Sanctissimus, & hoc propriè primum Mediolani, quo die S. Felicis Templum apertum est, post Sacrum in eo magnificè factum, conuiuia se Patribus, cum suorum honestissimis commodato, deinde Romæ post addita per benigne cetera Societatis Domicilia, Collegij cohonestata mensa, illud addidit beneficium, quod iam dudum petebatur, ut Seminarij Mediolanensis procuracione Societatem exoneraret. Ita Par. 4. Hist. Soc. lib. 7. n. 54.

Et exerci-
tiorum
æstimatio.

AB EODEM, mire vim, & energiam Exercitiorum S. P. Ignatij commendante: Cum Dux Mantuanus eius bibliothecam visisset, mirificeque laudaret, conuersus ad illum Carolus, Paruulum (inquit) in pulpito libellum habeo, è quo plus haurio, quam è reliqua bibliotheca, quia nempe purius, & plenius tanquam ex ipso fonte. Ita in Imag. 1. sæc. Soc. lib. 3. cap. 10. fol. 381. sic sanctus ille Mediolanensis Archiep. de aureo illo exercitiorum libello sentiebat.

Socij in
puerorum
educatione
ceteris
præferun-
tur.

2. AB INTERPRETIBVS. Concilij Tridentini in obseruat. declarat. eiusdem Concilij ad sess. 23. de Reformat. cap. 18. n. 33. Ante omnia (inquiunt) in Seminarijs constituendus est Grammaticus, & Musicus, qui pueros instruant, & si reperiantur IESVITÆ ceteris antèponendi sunt. Ita illi. Grauis sane laus: tum quia ab Eminentiss. Principibus profecta, tum etiam quod hac in re nostrorum operam præ ceteris absque ulla exceptione commendat.

Societas
per orbem
cum maxi-
mo anima-
rum fructu
patet.

3. A PRÆSIDIBVS. Eiusdem Concilij: Religio (inquiunt) Presbyterorum Societatis IESV, quæ iam latissimè per Christianorum, & Gentium etiam prouincias (Deo quod cœpit Opus promouente) cum maximò animarum fructu patet, instituta in Ecclesia Dei, & approbata per Sedem Apostolicam fuit. Ita in Diplomate dat. Trident. 1. Nouemb. ann. 1561. apud Imag. 1. sæc. Soc. lib. 5. cap. 10. fol. 666. Item pro Societatis innocentia in quadam persecutione ijdem Eminentiss. Cardinales affirmarunt, Nunquam neque sanctissimum Dominum, neque ipsos de sinceris studijs, innocentiaque Societatis du-

De eius in-
nocentia
Pontificis,
& Cardin.
iudicium.

bitauisse: